

(2) Terræ fecunditas adscribenda Deo, illique soli agenda gratia: Psal. LXVII, 7.

USUS E VERSU XIV.

(1) Justitiæ nunquam nimia fieri potest mentio.

Quærenda illa in Deo, Justitiâ nostrâ: Jerem. XXIII, 6.

(2) Liber Justitiæ debet esse ubivis cursus, ne obsec profopolepsia, &c.

(3) Justitia perfecta non nisi in cælis expectanda.

PSALMI LXXXVI. DISPOSITIO.

Confusionis deprecatio.

Rege me, Deus, signo.

Est hic I. petitio, & quidem (1) exauditionis, vers. 1. ratio: miser sum & egenus: ibid. (2) custodiæ, v. 2. ratio sum beneficiarius tuus: ibid. (3) salvationis; ratio: tu es Deus meus, ego sum tuus servus, confidens in te: ibid. (4) commiserationis: v. 3. ratio: invoce te quotidie: ibid. (5) exhilarationis, v. 4. ratio: (a) te solum expeto. ibid. (b) tu es benignus & condonans; (c) valdè gratiosus cunctis te invocantibus, v. 5. (6) audientiæ: v. 6. ratio: (a) precatio & vox mea est flebilis: ibid. clamo ad te in die tribulationis: v. 7. B (β) Tu, Deus, es incomparabilis: v. 8. (γ) omnes gentes adorabunt coram te, tuumque nomen honorabunt: v. 9. (δ) tu magnus es solusque mirificus: v. 10. (7) deductionis: doce me viam tuam, ut ambulem in veritate tuâ: v. 11.

(8) conservationis: contine cor meum in timore tuo: ibid.

II. Promissio: (1) celebrabo te totò corde meò: v. 12. (2) nomen tuum glorificabo in perpetuum: ibid. Ratio: (a) gratia tua super me magna: v. 13. (b) eripuisti animam meam ex infernò infimò: ibid. (c) contra adversarios meos elatos, truculentos, cupidissimos, atheos, (v. 14.) exhibuisti Te mihi misericordem, longanimitem, &c. v. 15.

III. Conclusio: (1) respice me: (2) miserere mei; (3) da mihi robur, (4) salva me: v. 16. (5) fac mecum signum in bonum, v. 17. Ratio vel consequens exauditionis: os meum in timentes erubescet, de auxiliante & misente mei: vers. 17.

PSALMUS LXXXVI.

EXPLICATIO VERSUS I.

הפלה *Precatio*:] Eadem est hæc inscriptio, quæ Psalms XVII: quem vide. Confectus autem hic censetur psalmus à Davide, ab aulâ Saulis exule, secundum Kimbium R. Salom. & Aben Esram, eò quod tunc verè pauper & egenus fuerit: vers. 1. De Christo exponit Paulus Burgensis, quem refutat, tectò licet nomine, Lipman. nizz. p. 115. n. 284. vide infra ad vers. 13.

הטה *inclina aurem tuam*:] i. e. benigne, promptè, & per *συγκατάβασις* quasi me audi, ita ut attemperes te debilibus submisilisque meis suspiriis, arrigendo velut aures, attentè auscultaturas; quomodo phrasin hanc vidimus Psalm. XVII, 6. XXXI, 3. LXXI, 2. LXXXVIII, 1.

ענני *exaudi me*:] assentiendo scilicet meis desideriis, mala propulsando, & bona nova conferendo: ceu eandem hanc vocem adhibuit David Ps. IV, 2. XIII, 4. LXI, 14. LXIX, 17. 18.

עני *miser*:] ob malorum puta prementium vehementiam, sicuti mox **עני** *egenus* se vocat, ob bonorum necessariorum absentiam, quippe qui multa **עני** *velit* vel appetat, cum pauca omninò vel plane nihil habeat. Easdem hæc voces conjunctim, ut hic, deprehendimus Psalm. XXXVII, 14. XL, 18. LXX, 6. LXXIV, 21. ubi etiam de paronom. inter **עני** & **עני**, quibus accedit adhuc **עני** *aneni*. Inferre autem vult David h. m. Qui ad pauperculum contritumque spiritum respicit, is etiam me audiet egenum; Atqui Deus ad pauperculum &c. Jes. LXVI, 2. Ergò.

EXPLICATIO VERSUS II.

שמרה *custodi*:] à gravioribus scilicet adversitatum incurvationibus, & præsta, ne præsentis jam

arumina animam perniciosius obruant aut perfundent. Respici videtur ad Dei munus pastoritium, quò suos instar ovium sollicitè observat, Jer. XXXI, 10. confer Psalm. XCI, 11. CXXI, 8. imò κατ' ἐξουσίαν custos hominum appellatur Job. VII, 20. Israël's, Psalm. CXXI, 4. piorum vers. 3. 5. animarum five vitæ Prov. XXIV, 12. Jes. LXIV, 2. 2. Pet. II, 5. Nonnulli, teste Aben Esra ob metheg sub [ש] censent esse tertiam fœmin. præteriti; sed rectè secundam futuri primi vult Aben Esra & Kimchi.

נפשי:] i. e. vitam meam, quæ animæ effectus est, per meton. vel meipsum, per synecd.

חסדי *beneficiarius*:] vel alumnus, beneficiis tuis fruens, ego: vide Psal. xxx, 5. Arabs & Syrus: eò quod bonus tu [es:] contra fontium lucem, imò dissentiente etiam Chaldæo, LXX. & Vulgato. Idem Vulg. quoniam sanctus sum: unde aliqui Papistarum B. O. meritum ac dignitatem colligere audent: cum tamen sanctitatis hic vi vocis non fiat mentio, sed vel beneficii à Deo accepti, vel ex charitate hominibus ab homine collati, ita ut **חסדי** *beneficium* vel liberalem designet; quæ tamen non est omnis vel vera sanctitas. Quanquam & hoc dici posset, Davidem h. m. indicare voluisse, se esse ex numerò reatorum, qui fidem operibus declarat; & quidem in collatione ad adversarios, qui sanè mala causa nitebantur, cum ipse esset innocens; unde æquum fit, vi datarum promissionum, ut sui à Deo habeatur ratio. Quorsum & illud Job. IX, 11. non exaudiri a Deo peccatores. Huc etiam, quòd Casaub. exerc. contra Bar. p. 54. observat, tempore V. T. quò reges vicini vexarunt Judæos, eorumque religionem extinctam cupiverunt, illos, qui orthodoxi erant, vocatos esse **חסדי**. De sanctitate regenerationis Vinar. (omissò

EXPLICATIO

miserere me
in consideratione tan
rationes, tuas
sumum, qu
participem. Eas
IV, 2. VI, 3.
LVII, 2.

omni
preffus inge
fit concess
hactenus fu
conscat. De j
Luc. 2

EXPLICATIO

exhilara:]
andi materia, tu
concessò. Sic
mentatato
exhilara
animam ser
aut peccam
entia mea gra
modò dulce
meam &c.

attollo an
in hio, an
expecto, ut Psa
Je
Campens. ad
sublimi habita
diei Her
meine Seele
corda nostra cu